

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XVI

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

CAPUT XVI.  
DE CICUTA, CIACOMPALON & COCCO.

**C**icutā veneni genus est, quod & extinguit, & ammentes facit. Franciscus Trapollinus cum loco petroselini in iusculo, ab ancilla apposito hauisset, amens obiit. Animalibus quibusdam tantum induxit soporis, ut pro mortuis abjicerentur. Expeirecta attonita primum fuere diu, mox infano præcipiti & vertiginoso sese protipuere cursu. Sopore qui fuerit extinctus, neminem se ex hominibus vidisse scribit Scaliger: Sturno tamen efca est. Ex Platone colligitur, succi ejus vires mediocri antè concepto calore, obtundi posse. Ideo (verba sunt Scalig. Exerc. 152. f. 1) publicus ille nocentissima fecit mortalium minister Crisonem admonēbat, ne Socratem permitteret attentius disputare, propterea quod ex ea mentis agitatione calor quid contraheretur. Innoxiam esse interdum Paulus Renealmus obs. 2. ostendit. Mauro, inquit, cujus in gibba parte hepatis magna aderat obstructio, propinari vinum, in quo per duodecim horas infusi erant cicuta radices in umbra siccata & pulverizata scrupuli duo. Nulla subsequente Cardialgia, nulla appetitus dejectione, majorem solito urinæ copiam dejecit, meliusque habuit. *Ciacompalon* est species arboris cujusdam in Camalonga. Hæc autem quaternos, quinove frondes tantum è longo petiolo fundit. Frondibus insignis magnitudo: nam adversus Solem & imbres penulæ locincolis est. In arboris summo culmine fabaceos flores edit, ad ducentos, è quibus fructus conferti palmi fere magnitudine. Annua planta est: Arefcit post feturam. *Coccus* idem est quod Tenga. Arbor est, cui palmæ folium, quo tegunt ædes, factis ex eo storiis incolæ (est autem in China & Malabaris) senum mensium utilitate. Scalig. Exerc. 325. f. 13. Confertum gerit fructum palmularum more, singulæ ad ducenas nuces. Vbi prædicat,

dit, aqua concreatur intus: completur eadem illa ubi perfecta fuerit. Hujus incrementi finis, initium nuclei est. Ex ejus namque condensatione concrefcit. Quantitas trinos explet mensarios Cyathos. Ejus fapor suaviffimus est. Vbi ad justam pervenerit magnitudinem arbor, quosdam è ramis mense Augusto ad medium amputant, quod reliquum est summitatem ferro paululum fcindunt. Singulis appensus calix, quatuor scyphorum completur in die. Fructum gerit continuo alium aliis subeuntem: Tricenos aut quadragenos vivit annos.

## CAPUT XVII.

DE DORONICO, DRACONE,  
Elæomeli, Datura, Echio,  
Eryngio, & Euphorbio.

**D**oronicum venenum est, quod interficit canes & quidem subito. Dederat suo Mathiolus; blandientem toto, quo supervixit tempore, expertus; septima hora tanquam comitali ictus expiravit. Genus arboris est in Occidentali India prope Carthagenam, cujus fructus *Draconis* perfectissimi forma apparet, cervice longa, ore aperto, naribus elevatis, cauda proluxa, pedibus insiftens, ita ut qui viderit, ex arbore factum existimet. *Monarel.* In Palmyris Syriæ, manat ex quodam caudice oleum sapore dulci, *Elæomeli* dicitur *Mathiol. in l. 4. c. 73.* Bilem cruditatesque sextario cum una aquæ hemina dato, detrahit. Qui sumpsere, torpescunt; at nullo incommodo si sæpius excitentur, ne dormiant. *Diosc. l. 1. c. 32.* *Datura* in India Orientali, legitima nux Metel Arabum esse censetur. Injicitur, inquit *Garcias Aromat. & simpl. Indicorum histor. l. 2. c. 24.* à furibus ejus flos aut semen in cibos eorum, quos deprædari volunt. Mente enim quodammodo alienantur, quotquot id medicamentum sumunt, & in risum solvuntur magnâ cum libertate sistentes, quod lubitum est, deprædari. Durat hæc mentis